
P. J. WINSTRUP

HOMILIÆ

1594

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

7,-117.

LN 1639
ex 1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

HOMILIÆ:

PVBLICIS

LITANIIS IN DANIA

ET NORVAGIA 4. 5. 6. Februarij, Anno 1594. Celebrandis deſtinatæ.

à

PETRO IOHANNE

VINSTRVPIO.

Jer. 3.
2 Par. 7.
2 Par. 7.

Ieremiæ 13.

Tribuite domino Deo veſtro gloriam, priuſquam veniant tenebræ, & antequam offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos.

HAFNIÆ

Impreßit Matthias Vinitor.

1594.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Auguſt: Sermone 236. de Tempore.

Quæris quid offeras Deo pro te? offer te. Quid enim dominus quærit à te, niſi te? Quia in omni creatura terrena nihil fecit melius te: Quærit te, à te, Quia tu perdideras te.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

TEXTVS.

Ieremiæ lamenta: cap. 3. 40.

SCrutemur vias noſtras, ac inquiramus eas, & reuertamur ad Dominum.

Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cœlos.

Nos iniquè egimus & rebelles fuimus: Ideo tu non peperciſti.

CVm DEI iram in populum Iſraeliticum propter peccata accenſam & luctuoſa inſtare tempora, ſpiritu Dei edoctus perſentiſceret Propheta Ioël, grauiſſimè omnes in ea gente ſtatus, ad ſolennem & publicam exhortatur pœnitentiam, cap. 2. hoc modo compellans.

Clangite tuba in Zion, ſanctificate ieiunium, conuocate cœtum, congregate populum, cogite concionem, coadunate ſenes, colligite paruulos & ſugentes vbera: Egredietur ſponſus de cubili ſuo & ſponſa de thalamo ſuo: Inter veſtibulum & altare plorent ſacerdotes miniſtri Dei, & dicant: Parce Iehoua populo tuo & ne des hæreditatem tuam in opprobrium.

Qua ſua exhortatione Propheta populum peccatis conſopitum, ſeriò & vehementer vrget: Vt tubarum ſonitu & clangore buccinæ excitati, conuentus agant publicos & in vnum cœtum confluentes, vno veluti ore & corde, pro placando offenſo numine ſedulò laborent.

Deinde, vt poſitis omnibus voluptatum illecebris, quibus hucuſq; illecti & ir-

retiti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

retiti fuerant (id enim per ſponſi & ſponſæ è thalamo egreſſum ſignificare vult) in ieiunio & fletu tanquam verâ paraſceue præparatos ad Deum animos eleuent, ſeriáq; conuerſione & precatione peccatorum & meritarum pœnarum condonationem implorent.

Quod vt vniformiter expeditéq; ab omnibus & ſingulis ordinibus, quos ſpeciatim compellat, præſtari poſſet, orationis formulam præſcribit, qua ſibi ex diuina clementia parci & iniquitatis ſuæ reatum, meritamq; animaduerſionem depelli, mitigariue annixè rogitent.

Hæc etiam nobis, qui nullo non ſcelere Dei oculos offendimus, inq; vitiorum cœno diu volutati ſumus; atq; ideo etiam, iuſto eius iudicio incuſatum & pœnis multiplicibus breui nos implicatum iri, dubiũ poteſt eſſe nemini, facto opus erit ſedulo: Vt ſcilicet clangore tubæ vocis diuinæ, & publico magiſtratus noſtri edicto excitati, in publicos congrediamur conuentus, & præoccupatos peccatis curiſq; ſecularibus animos, ad veram & ſalutarem pœnitentiã, ieiunio & fletu præparemus, ſcindentes nõ veſtimenta noſtra, ſed cor noſtrum: hoc eſt, acri ſenſu dolorum fracti & proſtrati,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

in ſola DEI clementia, ſpem ſalutis collo-
cantes, inuocatione ardente offenſum pec-
catis Deum placare, & nobis reconciliare
per CHriſtum ſtudeamus, cum Proheta
corde & ore clamantes: Parce domine
populo tuo & ne des in opprobrium hæ-
reditatem tuam.

Hoc etenim vnicum vitæ & ſalutis re-
cuperandæ remedium eſt, quo anima, pec-
catorum ſanie ſuppurata & in malitiæ ha-
bitu conſtituta, priſtinæ ſanitati per Chri-
ſtum reſtituitur,

Ac quemadmodum ipſe Deus ſæpius
in verbo ſuo damnat ſecura & ferrea pe-
ctora, quæ contemptis veris & neceſſarijs
peccati remedijs, teterrimis & ſpurciſſimis
quibuſq; ſceleribus ſeſe ingurgitant, vi-
uunt ſine dolore, Deiq; iudicium ſcurrili-
ter eleuant, donec tandem præcipiti im-
petu ſponte ſua ad interitum ferantur: Ita
ex aduerſo ſeriam veramq; hominis con-
Ezech. uerſionem ſibi gratiſſimam eſſe, paſſim in
18. & 33. ſcriptura ſacra teſtatum relinquit: Vult
Matt. 11. igitur nos ſeriò peccatum agnoſcere &
Luc. 15. iram ſuam aduerſus omnem iniquitatem
aduertere & maturè deprecari. Ideoq; vo-
ce Prohetarum ac miniſtrorum ſuorum,
homines ſecuros peccatis indormiſcentes,
Tuba

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Tuba vocis ſuæ excitat & officij admonet. Vtq; pijs præmia, ſic impijs meritas pœnas denuntiat, quotquot in ſceleribus ſuis contumaciter abſq; reſipiſcentia pergunt. Quemadmodum etiam hoc textu Propheta Ieremias grauiſſimè ſuos populares ad ſeriam conuerſionem hortatur, ſic hodie etiam haud minore ſtudio, quàm tũ Iſraëlitas, Nos per eundem excitare vult ſpiritus Dei: Dum vias noſtras nos ſcrutari et perueſtigare, ad dominum reuerti, corda manuſq; in cœlos attollere, peccata ingenuè confiteri, & pro condonatione omniũ delictorũ ac pœnarũ mitigatione, demiſſè rogare, hortatur. De quibus aſpirante eodem numine cœleſti, hac concione agemus.

Noſtrum proinde fuerit, non modò hocce triduo, quo ex mandato pijſſimi magiſtratus noſtri, cui curæ cordiq; ſua & omnium noſtrûm eſt ſalus, in publicas congregationes, publicum deprecari malum cogimur: Sed toto vitæ huius fluxæ curriculo, dùm lucis, non naturalis modò, ſed & cœleſtis vſura conceditur, dumq; indulgentiæ dator, ſalutis oſtium cunctis benignè aperit, & in ſuum nos contubernium recipere paratus eſt, ſalutari huius Prophetæ hortatui, mo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

rem gerere, in nos ipſos deſcendere, mores examinare, antiqui erroris reliquias deplo-rare & ex mente noſtra per Chriſtum ab-olere, quem in ſpiritu & veritate inuoca-re, & poſtmodum ſanctitate non fucata colere, omni conamine laboremus. Quod vt à nobis ſeriò & deuotè præſtetur, ipſum patrem per filium IEſum CHriſtum, toto pectore precamur & obteſtamur.

Loci hodierno die ex textu Ieremiæ proponendi.

I. Amica exhortatio ad ſeriam con-uerſionem.

II. Modus, quo ad dominum reuer-tendum ſit.

DE PRIMO.

Perſcrutemur vias noſtras, & in-ueſtigemus eas & reuertamur ad do-minum.

OCcaſio exhortationis Propheticæ hæc erat. Audiens Ieremias, Iudæ-os pœna & confuſione miſerabili propter ſcelerum atrocitatem deiectos, impatien-tiæ voces fundere, & quoſdam illorum

culpam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

culpam à ſe, in DEum tanquam mali authorem traijcere, ſeq; immeritò puniri. Iis capite ſuperiore reſpondit his verbis: Quid niteris bonas oſtendere vias tuas? Ecce iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris, non peccaui? Quoſdam verò videns pro cōmuni carnis ſenſu, fortuitum ſtatuere, quicquid in vtrámq; partem, bonam vel malam euenerat: Horum verba ſupra in hunc modum recitat: Ex ore excelſi egrediuntur bona & mala, cur igitur affligit ſe homo viuens & vir propter pœnas peccatorū ſuorum.

Hanc itaq; profanam & iniquam criminationem refutare, Deumq; à labe iniuſticiæ vindicare volens Propheta, iubet non prius neganda vel incuſanda Dei iudicia, quàm in ſemetipſos deſcendant, cordis ſui receſſus ſcrutentur, ſeq; totos accuratè excutiant: Tum enim fore perſuaſum ſibi habet, vt non DEVM paternè caſtigantem, & malum pœnæ, vt iuſticiæ ſuæ executionem immittentem, Sed ſemetipſos, proteruè delinquentes & ex propria malicia ſuum ipſorum opus facientes incuſent. Quocirca in illos ipſos mali cauſam reſidere & præuaricationes eorundem, euidentem omnium pœnarum oc-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

caſionem Deo dediſſe, eoſq; non modò cla-
des acceptas, ſed & ingruentes promeritos
eſſe demonſtrat, quodq; hactenus, non pro
meritis ſuis, ſed benignè à DEO tractati
ſint, miſericordiæ diuinæ in ſolidum ad-
ſcribendum docet. Inde mox exhortatio-
nem infert, ſermonem ad eos, qui adhuc
ſanabiles erant, conuertens: vt ſi vnquam
à malis liberari velint, excuſſo ſtupore &
veterno animi, ipſi ſe primos reforment,
relicta maturè peccati via, ſeriò ſeſe ad
Deum conuertant, atq; vera inuocatione
veniã & reconciliationem quærant. Figu-
ratè igitur in hac exhortatione deſcribit
Ieremias, peccatoris conuerſionem, quâ,
cognito errore ſuo, mentẽ ad Deum con-
uertit, & relictis tempeſtiuè auiis in exitiũ
abducentibus, veram ſalutis viam in verbo
monſtratam, ductore ſpiritu DEI ingredi-
tur, inq; ea quotidie (etiamſi ex infirmita-
te interdum labaſcat) progreditur, donec
tandem ſalutis æternæ metam attingat.

*Hic majoris euidentiæ & lucis gra-
tia, exhortationis membra
proponam.*

1. Quid viæ nomine ſignificetur.
2. Quid ſit ſcrutari.

Quid

3. Quid reuerti.

4. Vnde reuertendum & ad Quem.

VIæ hominis metaphoricè deſignant totum inſtitutum & rationem vitæ humanæ, ſtudia, conatus, mores & ſermones cuiuſq; vtpote conſilia & cogitationes in mente, affectus & motus in corde & voluntate, actiones omnium virium, tám internarum quàm externarum, in quibus homines tanquam in vijs tritis & notis aſſiduè ambulant. Nam quemadmodũ via & ſemita, viatorum pedibus, vltrò citróq; commeando & idemtidem eundo redeundóq; conculcata, magis magiſq; peruagata, trita & ſtrata redditur: Ita etiam actiones humanæ ſæpè iteratæ & frequentatæ, in tritam abeunt conſuetudinem, quæ (vt Baſilius rectè ait) vetuſtate firmata naturæ vim adipiſcitur.

Vitæ proinde ratio, crebris & multis actionibus comparata & acquiſita, hominis via dicitur: Eò quòd quiſq; vitæ ſuæ rationem, non ſecus quàm viator ſemitam inſtitutam ſequatur.

Duplicem autem eſſe viam, per quam homines ambulant, ſeu duo vitæ inſtituta, docet ipſe Chriſtus, Matth. 7. quarum vna arcta ad vitæ cœleſtis fruitionẽ perpetuam;

Alte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Altera lata ad exitiū æterni præcipitium ducit.

Arcta dicitur iuſtorum ſemita, quod carni ignota, & vbi innotuerit, moleſta eſt, difficilemq́; (vt philoſophi de virtutis dixere via) aditum primum ſpectantibus offert, ſed requiem præbet feſſis in vertice ſummo. Per multas enim tribulationes oportet nos ingredi in regnum cœlorum. Hinc fit quod pauci per eam ambulent, multi abhorreant, plurimi fugiant & aſpernentur.

Altera verò, quæ ad exitium ducit, perditionis via eſt, trita & lata, quia multi per eam gradiuntur, & in auia errorum & ſcelerum ducit ambulantes, in ea donec in Sathanæ, tanquam leonis, manus incidant ac miſerè tandem pereant, iuxta dictum: [Prou. 14.] Eſt via recta coram homine, cuius exitus tamen eſt via mortis.

Hæc via NOSTRA dicitur, quod homo relictus ipſe ſibi, ac ductore ſpiritu Dei deſtitutus, per nullam aliam, niſi hanc ſolam graditur; dum per carnis, peccati & mundi auia raptus, ea quæ DEI ſunt prorſus negligit & auerſatur. Sicut paſſim teſtatur ſcriptura. Gene. 6. Omnis quippe caro corruperat vias ſuas. Eſai. 53. Omnes

tan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

tanquam oues errauimus, vnuſquiſq; in via ſua. Pſal. 14. & 119. Ierem. 8. Omnes magno impetu curſum conficiunt ſuum, ſicut equus effuſè currens in prælio.

In hanc latiſſimam perditionis viam, cum & gentiles ſuos effuſè currere videret Propheta, & à ſalutis ſemita longiſſimè aberrare, iubet ipſos *Vias ſuas ſcrutari & per veſtigare.*

Qua locutione ſua figurata, exquiſitum ſtudium, accuratam diligentiam et exactiſſimam vitæ examinandæ curam requirit: Scrutari enim eſt veteramenta & abdita ſcruta rimari, hoc eſt, diligenter luſtrare, penitus introſpicere & ád amuſſim minutiſſima quæq; penſitare: Eſtq; ſenſus, Nos qui DEO neſciente & non iubente mala hæc nobis eueniſſe ſtatuimus, Vel etiam ipſum crudelitatis incuſantes, immeritô nos puniri, duriuſue tractari quiritamur, Non curioſè ſcrutemur occultas Dei vias, non aliena vitia, Sed vnuſquiſq; ad ſe reſpiciat, ſuos ipſe rimetur ſenſus, & facta excutiat ſua, quò tandem in veram ſui cognitionem deueniat, & errore cognito, de ſe fateri diſcat quod eſt Sapient. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: Viam au-

tem

tem Domini ignorauimus. Item Ezech. 36. Recordabimur viarum noſtrarum peſſimarum, ſtudiorumq; non bonorum & diſplicebunt nobis iniquitates noſtræ.

Verum enimuero cùm ſciret Propheta difficilè Iudæis eſſe, propter ſui ipſorum amorem (à quo plærumq; ita occœcantur atq; faſcinantur homines, vt inſitos ſibi defectus & nævos, neq; agnoſcere, nec à vitioſa vitæ ratione facilè abſcedere queant) repetit eandem hortationem mutatis verbis, dum inquit: Et inueſtigemus eas. Non vult, vt perfunctorie aut obiter inſpiciant, ſed defixis oculis, veſtigia viæ iniquitatis impreſſa intueantur: Hoc eſt, totam anteactam vitam, cùm erga Deum, túm erga proximùm, tum etiam erga ſeipſos exquiſita cura penſitent, inq; hoc dies noctesq; incumbant, vt in cognitionem admiſſorũ ſcelerum, turpitudinis, peccati & acerbitatis pœnarum deueniant.

Initium igitur reſipiſcentiæ ducere nos vult à ſenſu judicij diuini & impietatis propriæ cognitione & deteſtatione, ſeu ab odio peccati, quod omnem carnis fiduciam excutit & adigit credentes, ad ſupplicem veniæ deprecationem. Etenim quamdiu homo faſcinatus peccata non videt, aut

agnoſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

agnoſcit, de ijs neq; dolere, nec ſpem veniæ concipere, neq; vllam in pœnis conſolationem habere poteſt: Sed ſicut viator ignarus viæ, in auia delapſus, vlterius ſemper progreditur, donec in præcipitium damnationis æternæ incidat. Maturè igitur ut reuertamur tertio nunc membro hortatur Propheta, inquiens:

Et reuertamur ad Dominum.

Inſtituto vitæ prioris ſcrutinio & examine accurato, requirit vates vt ilicò pedem à via mala ad interitum ducente referant, inq; viam ſalutis reuertantur.

Voce igitur Reuertendi, ſynecdochicè, veram & ſalutarem conuerſionem complectitur, Qua homo peccator, relicta vitioſa & ſcelerata vitæ ſuæ ratione, ſeriò ſe ad Deum, quem anteà peccatis indulgens, auerſatus eſt, conuertit: hoc eſt, mente omnia ea per quæ ab ipſo receſſerat retractat, peccata confeſſione detecta dolore magno deplorat, & fide firma Deum quærit, concepta veniæ & ſalutis ſpe per Chriſtum: Tum verò nouitati vitæ in poſterum ſtudet, &c. Ad hunc modum Paulus Actor. 26. hortatus eſt Iudæos & gentes, vt reſipiſcerent & conuerterent ſe ad DEum, digna pœnitentiæ opera facientes.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Hinc etiam dicta eſt reſipiſcentia ab He-
bræis, Tiſchuba, & à Græcis, μετάνοια,
quod ſit πρὸς κρεῖσσον ἐπιςροφή.

Cœterum ne in hoc difficili aberremus opere, conſiderandi erunt huius reditus termini, Vnde videlicet reuertendum & ad Quem?

Terminus à quo reditus inſtitui debet, peccatum eſt, ſeu via ſcelerata: Sicut ipſe dominus apud Eſaiam capit. 55. hortatur, dum ait: Derelinquat impius viam ſuam & vir iniquus cogitationes ſuas & reuertatur ad dominũ & ipſe miſerebitur ejus. Ierem. 18. Reuertatur vnuſquiſq; à via ſua mala & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra. Ionæ 3. Conuertatur vir à via ſua mala. Eccleſiaſt. 17. Conuertere ad dominum & relinque peccata. Actor. 3. Conuertat ſe vnuſquiſq; à nequitia ſua. Solum namq; peccatum à DEO abducit, vt quo magis in eo progrediatur peccator, eò longius à ſummo bono recedat. Eſai. 59. Peccata veſtra diuiſerunt inter me & vos.

Ac quemadmodum peccatoris animus dum peccandi ſtudio deditus eſt, quo longius à Deo receſſerit, eò propinquior diabolo fit (quo nihil triſtius cogitari poteſt) Ita per veram reſipiſcentiam rurſus, ad

Deum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Deum conuertitur: Vt quem antea contempſerat, nunc denuò obſeruet, timeat, colat.

Terminus ad Quem, Iehova eſt: Oſeæ 12. Ad Dominum Deum tuum conuertere, & cap. 14. Reuertere ô Iſraël ad Dominum Deum tuum.

Cauſæ, cur ad hunc ſolum reuertendum ſit præcipuæ ſunt hæ.

I. Quia ab ipſo defectionem fecimus longéq; regreſſi ſumus, ad eundem igitur reuertendum. ME inquit dereliquiſtis & retrorſum abijſtis, Ierem. 15. Pſal. 51. TIBI TIBI ſoli peccaui, Luc. 15. Proficiſcar ad Patrem meum & dicam ej, pater, peccaui in cœlum & aduerſum te.

II. Quia apud hunc ſolum propiciatio eſt & copioſa apud eum redemptio, Pſal. 130. Eſa. 43. Ego ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, &c,

III. Quia delectatur conuerſione noſtra & eam vt quam maximè vult, Ezech. 18. & 33. Matth. 11. & 23.

IIII. Quia ipſe dat velle & perficere & ſolus in nobis conuerſionem efficit per ſpiritum ſuum, qui in verbo efficax eſt, & flectit corda noſtra, ad omnes motus legi & voluntati ipſius congruentes, & lætifi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

cat ea, vt acquieſcant in illo ſolo viuo & vero Deo, certamq; ac plenam ſalutem intrepida fiducia, ab eodem exſpectemus.

Non igitur in noſtris poſitum eſt viribus conuerti, ſed ſolius Dei opus, in ijs eſt, qui oblatam in verbo gratiam non aſpernantur, ſicut dicitur 3. Reg. 18. Tu conuertiſti cor illorum. Iere. 15. Si conuerteris conuertam Te, & Zach. 10. Conuertam eos, quia miſerebor eorum. Salutem proinde noſtram, cum timore & tremore operemur, & vocanti Deo obtemperemus, cũ Pſalmiſta petentes: Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Pſalm. 79. & 84. Et cum Ieremia, Conuerte me Domine, & conuertar.

Docet & conſolatur nos hæc circumſtantia contra omnes eos qui lapſis reditũ ad Deum patere, per veram & ſeriam pœnitentiam negant. Deus enim, qui diues eſt in miſericordia, omnes errantes blandiſſimé ad ſe inuitat & recipit, nolens mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: Sicut luculenter paſſim docet ſcriptura & teſtantur exempla.

Secundo diſcrimen facit hæc circumſtantia inter veram & perfectam conuerſionem, quæ ad Deum ipſum tendit, quem

pec-

peccator fide amplectitur & inuocatione colit: Et inchoatam, quæ peccatorem ad Deum vſq; non adducit, ſed in medio curſu relinquit. Quidã enim reuertuntur, ſed non ad dominum: Verùm ad idola & numina cõmenticia: Quidam cum Phariſæis & pontificijs, ad iuſtitiam operum & ſanctitatem propriam, qua ſe Deum placare ſomniant, atq; relicto vnico vero Mediatore Dei & hominum, homine Ieſu Chriſto, alios ſibi fingunt interpellatores: Alij baculo fidei non erecti aut ſuffulti, in medio ſalutis curſu deficiunt: Vt Cain, Saul, Iudas & ſimiles, qui nullum locum dant gratiæ diuinæ, ſed à triſtitia abſorpti æternum pereunt.

DE SECVNDO.

Attollamus animum noſtrum cum manibus ad Deum fortem in cœlos. Nos defectionem fecimus & rebellauimus: Idcirco tu non peperciſti.

MOdum conuerſionis & quomodo obtinenda ſit delictorum venia oſtendit: Solis nempè precibus, ſine quibus reconciliatio nulla fieri poteſt. Ejus autem προσκείμενα, ſeu adjuncta recenſet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

1. A corde internè.
2. Geſtu externè.
3. Ore pronunciando quod in vtroq; eſt.

Attollere cor & manus idem eſt, quod precari & orare, à geſtu precantium, per Metonymiam, ſignum pro re ſignata.

Cordis mentione. 1. Hypocriſin ſeu adumbratæ ſanctitatis inane ſtudium excludit. Qui enim ſeriam agunt pœnitentiam, plus corde quám geſtu externo laborare debent & ita animum ſuum coram Deo effundere, vt remotis perizomatis ficulneis ingenuè omnia ſcelera ſua retegant, ſibi ipſis penitùs vileſcant & corde verè humiliato, peccata deteſtentur. Ne committatur quod dominus apud Matth. 15. Hypocritis, ex Eſaia obijcit inquiens:
Eſai. 29. Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labijs me honorat: Cor autem eorum procul abeſt à me.

2. Secundo requirit ſincerum pietatis ſtudium, vt expurgatis omnibus, quæ antea cor occuparant, vt ſunt cogitationes
Matt. 15. malæ, cædes, adulteria, ſcortationes, furta, falſa teſtimonia, obtrectationes, &c, Soli Deo eiuſq; cultui ſe totum conſecret peccator,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

cator, Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, Pſalm. 86. Vnias cor meum vt timeat nomen ſanctum tuum,

3. Vt depoſito omni metu, liberè tanquam in ſinum patris, omnes ſuas querelas & cogitationes effundat. Quantiſper enim obſeratum eſt & metu & deſperatione cor, nunquam exeunt liberæ preces: Qui vero animo conceptam habent fiduciam, non dubitant à domino veniam & condonationem petere, Threno. 2. Effunde cor tuum, ſicut aquam coram domino, Pſalm. 62. Effundite coram ipſo corda veſtra.

Ex corde igitur puro & vera mentis erectione, feruorêq; ardenti nobis, quo deleri peccata noſtra cupimus, clamandum erit: frigidas namq; & impuras preces, quas animo polluto ſummis duntaxat labijs admurmurant, dum aliud agunt homines oſcitantes, aure ſurda præterit Deus, nec quicquam impetrant tales oratores, quia malè orant, teſte Iacobo cap. 4.

Et manus noſtras.

In precibus rectè adhibentur Symbola & ſigna externa, quæ partim contritio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

nem veram eſſe teſtantur, partim nos ipſos excitant ad ſerias preces: Vt ſunt lachrymæ, genu flexio, pectoris percuſſio, manuum eleuatio & ſimilia. Sicut enim in bello, varia dant ſigna victi, cùm ſe ſeruari volunt, manus attollunt & hoſti porrigunt, in genua procumbunt, arma abijciunt, &c. Quibus geſtibus victorem placare ſtudent. Ita verè pœnitentes, qui antea hoſtiliter ſeſe Deo oppoſuerunt, tanquam ab eodem victi, ſupplices veniam petunt, & in ſignum ſubjectionis arma iniquitatis abijciunt, manus porrigunt, ſeq; totos DEO, quem offenderunt, dedunt & mancipant. Thre. 2. Leua ad Deum manus tuas. Pſal. 134. Attollite manus veſtras in ſancto & benedicite domino. Sic Ioël in planctu & ieiunio ſuos vult reſipiſcere, Niniuitæ in cinere & ſacco pænitentiam agunt, Moſes pugnans cum Amalech, manus in cœlum
Exod. 17. eleuat, Publicanus pectus percutit, Salomon, Daniel, Paulus oraturi, in genua procumbunt. Tales in Eccleſia ſemper fuiſſe ſupplicantium geſtus docent hiſtoriæ, idq; vt animi ſui deſiderium ardens exprimerent & fidem teſtarentur ſuam, quâ ſe petita accepturos firmiter credebant, ſeq; totos in poteſtatem DEI Zebaoth offerebant,

bant, cuius opem & miſericordiam implorant. Ideo & Paulus ſignum cum re coniungit, 1. Timoth. 2. Cum puras ad Deum leuari manus præcipit.

Sciendum hoc tamen erit Symbola hæc externa, vt præſtari facilè poſſunt, ita per ſe nihil eſſe, niſi res ipſa vera nempe contritio & interior pœnitentia, cum fide ac mortificatione carnis, coniuncta fuerint. Non enim ſtatim verè precatur, quiſquis manus ad cœlum leuat, cũ hypocritæ nonnunquã in his geſtibus pios ſuperent, Sed ita comparatus erit animus verè ad Deum orans, ac bonitatem eius implorans, vt interior affectus, cum externo geſtu conueniat. Tum demũ gemitus nubes penetrant & Deum in vota noſtra trahunt. Caueamus igitur, ne inani geſticulatione, animos prophanos & à Deo alienos tegamus, vel manus ſanguine pollutas attollamus, aut ſepulchra deaurata parieteſue dealbati ſimus, hoc eſt externè ſancti, intus verò fœtentes.

Ad Deum fortem in cœlos.

Quo cor & animus dirigendus ſit, monſtrat, nempè ad Deum fortem in cœlos.

Emphaticôs Deum nominat. 1. Excludens hac voce cõmenticia numina, fiduciã

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

propriæ dignitatis & omniũ creaturarum opem & auxilium: Tùm etiam appellatione hac, eius bonitatem & ad ſuccurrendum promptitudinem, quod velit nobis auxiliari monſtrat, ſicut adjuncta vox, fortis, ipſum poſſe nos juuare & liberare oſtendit.

Monet igitur, vt in precando nihil terrenum, abjectum aut profanum cogitemus: Sed reuerenter, pie, caſte, ſancte, Dei majeſtatem, quæ ſupra cœlos ipſos habitat, adoremus, & quæ ſurſum ſunt quæramus, vbi Chriſtus eſt ad dexteram DEI, Coloſſ. 3. Tùm etiam docet, Deum velle & poſſe nos iuuare & exaudire, reluctantibus omnibus cauſis ſecundis & toto naturæ ordine, cum ſibi omnia ſubiecta habeat, atq; vniuerſis, quæ toto cœlorum ambitu continentur, validè imperet, Pſal. 115. Deus noſter in cœlo, omnia quæcunq; voluit fecit.

Cũm proinde aliud nihil ſit oratio, quàm mentis ad Deum eleuatio, & familiare cum ipſo colloquiũ, non modò vultum, ſermonem & geſtus, ad ipſius nutum & arbitrium componamus, ſed & ſolicitè caueamus, ne quid minus ſincerum in corde & animo noſtro, in quo nihil eum late-

re

re poteſt, offendat. Si ergo in fide & cor-
de puro ab ipſo poſtulauerimus, nihil hæ-
ſitantes (vt Diuus Iacobus admonet)
quidquid petierimus accipiemus ab eo.
Scriptum eſt enim: Dominus reſpexit in
orationem humilium & non ſpreuit pre-
ces eorum, Pſal. 102.

Nos defectionem fecimus.

Quod hactenus interno cordis affectu
& externo ſigno oſtendit, ORE nunc in-
genuè profert, & cauſam tàm ſeueræ vin-
dictæ, defectionem à Deo & rebellionem
fuiſſe tradit: Se etiam & totam gentem
iuſto reatu, propter ſcelerum atrocitatem
conſtringi, humillime fatetur, dum inquit:

Nos defectionem fecimus.

Generalis hæc plorantis & deprecantis
populi confeſſio eſt & tanquam communis
forma, eidem à Propheta præſcripta: qua
initio agnoſcit et deprecatur culpam et in-
obedientiam, quod ſua ſponte, à Deo mo-
ribus peruerſis, irã eius aduerſus ſe irritan-
tibus, receſſerat. Animaduerſionem quoq;
iuſtam agnoſcit, & , ſi DEus maiores exi- Pſal. 130.
gere pœnas velit, iure id fieri poſſe aſſerit.

Verum vt plenior ſit confeſſio & con-
ſcientias penitus vulneret, exaggerat Iere-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

mias peccatum dum inquit: Rebelles fuimus. Oſtendens eos non per carnis infirmitatem ſolum, à via recti deflexiſſe, Sed ἐκ προαιρέσεως, maligno & improbo ingenio, deſtinata & conſulta malicia, vocanti Deo contumáciter reluctatos fuiſſe.

Ac quamvis Propheta ipſe nunquam à DEI timore & cultu deſciuerat, ſubit tamen communem cum profano populo reatum & in ſe culpam malorum omnium ſuſcipit: Idq; vt & alios ſuo exemplo, ad veniam ſcilicet ſuppliciter deprecandam moueat, & oſtendat, neminem tanta vitæ probitate præditum eſſe, qui non vitia multa in ſe agnoſcat, cum à DEO luſtratur.

Nos igitur exemplo Prophetæ edocti, quid in quauis afflictione, quidq; in ſenſu peccatorum & iudicij diuini terrore agendum erit, monemur. Nempe vt nobis ipſis vileſcentes ingemiſcamus & altè ducamus ſuſpiria, atq; infirmitates noſtras, peccata varia & plurima contra ipſius legē admiſſa, propter quæ ipſe nos iure punit, ingenuè agnoſcamus. Ne vel diſſimulando ea, vel extenuando, vel inficiando conſcientiam noſtram aggrauemus & nobis ipſis ſalutis víam occludamus, Securitas enim non

agnoſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

agnoſcens ſua delicta & contemptus iudi-
cij diuini, ianuam claudit gratiæ Dei.

Ideo tu non pepercisti.

Pœnam delictorum iuſtam agnoſcit, Argumento à iuſto DEI iudicio ducto: Nos peccauimus, iuſtè igitur à te puniti ſumus. Opus namq; hominis reddet ei & iuxta vias ſingulorum reſtituet ei. Iob 34. Ierem. 4. Via tua & actus tui fecerunt tibi mala hæc. Thren. 5. Væ nobis quia peccauimus.

Sunt proinde calamitates & mala omnia, quibus in hac vita premimur, pœna peccati iuſtiſſima, atq; ideo mortales á Deo acriter puniri & argui, voce diuina erudimur, vt plagis emolliti admoneantur & lapſus ſui & reditus, ad Deum: Ne, ſi in malo perſeuerauerint, æternis tandem cruciatibus implicentur.

Docemur etiam peccata noſtra DEO ſic confitenda eſſe, vt in ipſum nullam mali cauſam reijciamus: Sed cum Daniele, Ipſi iuſticiam, nobis confuſionē faciei aſſcribamus, cum Pſalmiſta dicentes: Iu- Pſal. 119.
ſtus es Domine & rectum iudicium tuum, fac cum ſeruo tuo, ſecundum miſericordiam tuam.

Si

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Si igitur caſtiget nos Deus, libenter ſufferamus: Si obiurget, merito id fieri fateamur: Si minetur, ſuppliciter pœnam deprecemur, & ſciamus, nos, non prius impetraturos veniam, quàm peccata noſtra deteſtemur & humili confeſſione ad Thronum gratiæ, cum fiducia, accedamus: Qui enim abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, Prouerb. 28.

August. Sermone 40. de ſanctis.

Tu igitur homo, qui deſideras Regnum DEI poſſidere, dum potes emenda, dum tempus habes clama, dum datur ſpatium luge, dum licentia eſt pœniteas, feſtina dum potes, dum anima verſatur in corpore, dum adhuc viuis futurum remedium quære tibi, priuſquam te in profundo abſorbeat pelagus, & priuſquam malignus te rapiat infernus, vbi nulla datur indulgentia, vbi nulla ad veniam patet regreſſio.

CON.

CONCIO SECVNDA:

Textus: 2. Paral. 7.

APparuit Dominus Salomoni nocte & ait: Audiui orationem tuam & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij. Si clauſero cœlum & pluuia non fluxerit & mandauero & præcepero locuſtæ, vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum. Conuerſus autem populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit & exquiſiuerit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs ſuis peſſimis, & ego exaudiam de cœlo & propicius ero peccatis eorum & ſanabo terram eorum. Oculi quoq́; mei erunt aperti & aures intentæ meæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit. Elegi enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

& ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

CVm mortalium nemo, tanta firmitate animi ſeptus, tamq; ſibi inuictè conſtans ſit, quin aliquo lapſu aliquando & deflexu à recta viuendi via pertrahatur; Septies enim in die cadit iuſtus, Prouerb. 24. Perluſtratis initio vijs noſtris & facta vera ad Fortem illum in cœlis Deum ſupplicatione videndum erit, quid nobis ab erroribus turbulentis reuocatis, conſolationis in DEI verbo ſit reliquum, opponendum iuſticiæ diuinæ atq; reatui delictorum noſtrorum: Ne in admiſſorū ſcelerum anxia recordatione defixus animus, dolori ſuccumbat & deſperatione pereat. Docet id Textus hodiernus, quo ipſe Deus, ſua de ſe voce teſtatur fore ſe exorabilem & placabilem omnibus verè reſipiſcentibus ac opem ipſius implorantibus. Id etiam nobis in conſcientiæ noſtræ terroribus, in diuinæ iræ ſenſu & in pœnarum acerbitate, (ſi quando propter peccata affligimur) conſideran-

dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

dum erit diligentiſſime: Vt neceſſarius
pro peccatis dolor, diuinæ benignitatis
læta recordatione interpoletur.

Continet autem Textus hic, inſigne
illud & conſolationis pleniſſimum Reſpon-
ſum ipſius Dei ad Salomonem, cuius hæc
ſumma eſt.

Poſtquam Salomon Rex Templum om-
nium in mundo magnificentiſſimũ & ſpe-
cioſiſſimum, iuxta Dei mandatum exſtru-
xiſſet & ſolennitate maxima, libatis pluri-
mis ſacrificijs Deo eiuſq; vero cultui illud
dicaſſet conſecraſſetq;, ardente oratione
anxiè ſupplicat, vt in poſterum, ad omnes
occaſiones Deus reipſa præſentiam ſuam
petenti cuiq; vtilem & ſalutarem oſten-
dat: Sui etiam Throni & Regni paterni
confirmationem atq; ſtirpis ſuæ propaga-
tionem, iuxta datam patri Dauidi pro-
miſſionem, deuote flagitat.

Tandem Deus ipſe (edito primum ſpe-
ctabili ſuæ præſentiæ ſigno igni videlicet
cœlitus delapſo, victimas & ſacrificia ab-
ſumente) Salomoni nocte apparet & blan-
da voce eũ alloquitur, denuncians illi pre-
cũ exauditionem: Seq; perpetuò præſentẽ
fore in iſto loco à ſe electo & ſanctificato
pollicetur; preces & vota populi exaudi-

turum.

turum, calamitates mitigaturum & ſalu-
taria cuncta donaturum: Modò ipſi vero
illius timore tacti, in obedientia manda-
torum perſeuerauerint. Contra verò, ſi à
fide & pietate defecerint ipſumq; vitæ &
ſalutis ſuæ authorem faſtidioſe deſerue-
rint, ad fictitia ſeſe conuertentes numina,
eos viciſſim perpetuo abiectum & penitus
exſtirpatum iri minatur ſeriò: Sunt itaq;
huius duæ principales partes, prior pro-
miſſiones; Poſterior comminationem con-
tinet.

Promiſſiones, partim ſunt generales, directæ ad totam gentem: Partim verò ſpeciales, ipſum Regem concernentes. Vtriſq; adduntur conditiones timoris & obedientiæ. Generales cum ſuis adiunctis hodie quàm breuiſſimè explicatas proponam.

Speciales, cum altera parte diuiſionis, concione craſtina (DEO benedicente) enarrabimus.

Duo itaq; erunt concionis hodiernæ
I. membra. Primum continet dulciſſimas
promiſſiones exauditionis precum, miti-
gationis calamiratum & perpetuæ præ-
II. ſentiæ diuinæ in populo: Secundum, con-
ditiones promiſſionibus hiſce additas.

Appa-

Apparuit Dominus Salomoni nocte.

Precatus fuerat Salomon diducta illa & ad omnem neceſſitatem conformata oratione, quæ exſtat 1. Reg. 8. & 2. Paral. 7. inter alia: Vt ſi ab hoſtibus propter peccata populus opprimeretur, Deus hoſtes vindicaret & populum ſuum in terram patribus conceſſam reduceret: Si quando cœlum clauderetur & non plueret, exaudiret de cœlo preces & terram pluuia humectaret: Si fames vel peſtis, ſi brucus, rubigo, locuſta, aut ſimiles plagæ eſſent in terra, exaudiret de ſede habitationis ſuæ & propitius eſſet peccatis ſeruorum ſuorum, neceſſitati illorum ſuccurreret, & beneficia ſua ſuper eos liberaliter effunderet. Finita oratione hac, reſpondet Deus ipſe voce ſua, & vt illuſtrius conſpiceretur liberationis beneficium, ex enumeratis à Salomone plagis, tres repetit, quæ immediatè ab ipſo, non interueniente hominis opera immittuntur, quibus vno veluti faſciculo, diuerſa mala in genere humano & in ipſa ſæpe Eccleſia graſſantia complectitur: Ac primum de ſiccitate & ſterilitate agrorum ſic loquitur:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Si clauſero cœlum & non fluxerit pluuia.

Claudere cœlum dicitur Deus, quando facit illud obdureſcere, ne terram rore & pluuia humectet: Vnde mox ſiccitas frugibus inimica & agrorum ſterilitas ſequitur, Dum terra æſtu nimioq; ardore cœli indurata, viſcera ſua claudit, ne det fructum ſuum in tempore. Sicut dicitur, Haggæi 1. Prohibiti ſunt ſuper vos cœli à rore & terra à prouentu ſuo & vocaui ſiccitatem ſuper terram.

Per hanc cœli occluſionem, eius etiam contrarium, cœli nempe apertio, ſeu nimia inundatio, & pluuiarum, grandinum, aut procellarum copia, calamitates inducens varias, intelligitur: vt quemadmodum interdum æſtu vel rigore gelido, ita etiam aliquando, nimia humiditate, aut alia quapiam vel leuiſſima auræ mutatione, neceſſaria vitæ eripiuntur.

Hinc monemur neceſſaria omnia ad vitæ ſuſtentationem nobis ſola diuina benedictione donari, dum ipſe terram rore ſuo cœleſti fœcundat, vim alendi & nutriendi corpora, rebus creatis addit & ſingula mirabiliter alit & ſuſtentat. Contra verò ſte-

rili-

rilitatem, annonæ caritatem, aliarumq́ re-
rum ad vitæ huius conſeruationem neceſ-
ſariarum inopiam, peccati pœnam & iræ
Dei ſignum euidentiſſimum eſſe, dubium
erit nemini, qui cũ cœlum claudit ipſumq́
facit ſuper nos æneum, & terram, quæ in-
fra nos eſt facit ferream, omnia propediem
ſterileſcunt, omnia fame & rerum indigen-
tia premuntur. Teſtis eſt Chaldæa, Abra- Gene. 12.
hami tempore: Ægyptus ſub Ioſepho: Iu- Gene. 41.
dæa viuente Elia: Samaria ſub Elizeo, &c. 1. Reg. 17
Cuius & nos vehementiam ſæpe experti 2. Reg. 6.
ſumus, dum quibuſdam abhinc annis con-
uerſas temporum vices, hyemes nimirũ te-
pidas & humidas, æſtates contrà frigidas
& ſiccas viderimus: Vt nec agri, nec teſ-
qua, nec ſyluæ, nec ſaltus, & vt vno verbo
dicam neq́ ſolum neq́ ſalum ſpei incola-
rum vel laboribus agricolarum reſpon-
derint.

Monemur præterea: Quanta ſit pecca-
ti vis & efficacitas, quum ad cœlum vſq́
pertingat, illudq́ nobis occludat: non mo-
dò, ne terræ fæcunditatem habeamus, ve-
rumetiam vt nos à Regno Dei & cœleſtis
gaudiĳ participatione prorſus depellat &
excludat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Et præcepero locuſtæ.

Locuſta herbarum, florum & frugum animal voraciſſimum: Nomen apud Hebræos, à depaſcendo & vaſtando ſortitū: Qua appellatione omnis generis animantia terræ ſatis calamitatem & damnum inferentia, atq; telluris prouentus, ex quibus vita noſtra dependet, abſumentia, ſignificantur. Talibus ſæpe præcipit Deus, ob flagitiorum noſtrorum vbertatem, agros vaſtare, fruges matureſcentes, frutices, flores fructus & folia arborum, cœli ſoliq; benignitate interdum luxuriantia corrodere & abſumere: ſicut dicitur Pſal. 105. Dixit, & venit Brucus & locuſta abſq; numero & vorauit omnem herbam in terra ipſorum & conſumſit fructum telluris ipſorum.

Anno mundi 3840. ante natū Chriſtū 123.

Id Ægyptijs Pharaonis tempore acciſſe legimus. In Aphrica locuſtarum ingentia agmina agros compleuere vniuerſos: Tandem vi ventorum in mare deiectæ fluctibuſq; in littus eiectæ, fœtore intolerabili & mortifero vapore grauem peſtilentiam fecerunt pecori, hominumq; octingenta millia tabe conſumpta perierunt.

Anno 1545.

In Germania ante aliquot annos, locuſtarum agmina omnia longè & latè vaſtarunt.

runt. Incredibilis etiam copia harum beſtiolarum, anno ſuperiore Italiæ & locis vicinis plurimum nocumenti intuliſſe fertur. Quoties igitur hæc inſecta, in fruges graſſantur, vel ſimiles plagæ noſtros infeſtant agros & telluris corrumpunt prouentus, Dei flagellum agnoſcamus, quod non fortuitò ſed Deo iubente, haud ſecus ac ſi dato à duce ſigno, milites ad prælium concurrerent, immittitur.

Deniq; obſeruandum & hoc erit: Deum ſæpenumero minutiſſimis & viliſſimis animalculis, erucis, tineis, cyniphis, locuſtis & ſimilibus, in vindictam impiorum vti, paruaq; inſtruere inſecta viribus inuictis, ad exigenda ab iiſdem iuſta ſupplicia: Quo & mortalium retundit ſuperbiam, oſtendendo ipſis infirmitatē eorum, quod ne minimis quidem animalculis reſiſtere poſſint: Et ſimul ſuam teſtatur clementiam, quod admonere tantum initio & caſtigare, non prorſus perdere aut funditus delere velit, ſicut in furore ſuo fecit 42. pueris Elizæo illudentibus, quos vrſi de- 2. Reg. 2.
uorarunt.

Et miſero peſtilentiam.

Tertia irati numinis plaga peſtilentia eſt, qua & ipſa lues mortifera, & ſub ea a-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

liorum morborum ſpecies, febres, tumores, ardores, quales hodie apud nos plurimæ ſunt, ſignificantur, quibus hominum enormitatem ita caſtigare ſolet DEus, vt totas interdum regiones & prouincias, infeſtet & depopuletur. Quid autem ſit peſtis, quæ cauſæ, quæ eius adiuncta, quis effectus, &c. Minus hoc tempore enarrare neceſſe habeo: Cum experientia omnes ſatis ſuperq; edocti ſimus, qualis DEI ferula ſit, quàm longè & latè virus ſuum apud nos proximis annis diffuderit, & quid etiamnum plurimis in locis operetur: Tantum DEI manum & iuſtiſſimam peccati pœnam agnoſcentes, ſinguli ad DEI tribunal noſmetipſos ſiſtamus & petamus delictorum condonationem & huius plagæ mitigationem propter CHriſtum.

Exaudiam de cœlo.

Enumeratis pœnis, annectit ſtatim conſolationem, ordine recitans quinq; dulciſſimas promiſſiones, omnibus huius ſeculi miſerijs opponendas, quibus imaginem bonitatis ſuæ pingit & triſtes mentes erigit, aſſerendo ſe nullius vnquam delectari interitu: Sed redditurum poſt

tem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

tempeſtates ſerenitatem, & aduerſitates, quas peccata merentur, mitigaturum & ſalutaria cuncta donaturum, modò ipſi, quod ſui ſit muneris, ſedulò exequantur.

Confirmant & hæc fidem noſtram & benè ſperare de gratia & auxilio diuino iubent.

Exaudiam.

Exaudire per metonymiam opem ferre & auxiliari ſignificat. Tum enim preces noſtras DEVS exaudire dicitur, cum noſtri miſertus manum ſuam ad opitulandum nobis exerit deq; cœlo auxilium mittit.

Quod autem de cœlo dicat ſe exauditurum, cum tamen vbiq; præſens ſit & omnia impleat, ratio eſt: Quia inde, tanquam è ſummo maieſtatis Throno (vt ipſe apud Eſaiam teſtatur) maximè perſpicua & magnifica refulgent bonitatis diuinæ teſtimonia. Et ſæpe in anguſtijs & concurſu calamitatũ, cum nihil prorſus opis aut auxilij mortalibus in terra reliquum appareat; Sed interitũ potius, quo ſe cunq; vertant ante oculos videant,

Deus euidenter ſuam cœlitùs affulgere o-
pem permittit & quaſi à terra in cœlum
vſq; afflictos erigit, ſuamq; potentiam ad
eos iuuandos & liberandos mirabiliter ex-
erit. Idq; tum maximè, cum proximum
eſt periculum & deſperata videntur om-
nia, Exod. 14.

Concludimus itaq; hinc, preces noſtras
quas in anguſtijs fundimus, vanas nequa-
quam fore aut vota irrita: Sed nos no-
ſtraq; omnia curæ DEO eſſe, eiuſq; præ-
ſentiam & opem certò experiri, quotquot
firma in ipſum recumbunt fiducia & ar-
denter inuocant, iuxta promiſſionem,
Pſal. 50. Inuoca me, &c. Pſal. 91. Clama-
uit ad me & ego exaudiam eum, &c. Ie-
rem. 29. Inuocabitis me, ibitis & orabitis
me & ego exaudiam vos, inquiretis me,
atq; inuenietis, quia quæritis me ex toto
corde veſtro, & inueniar à vobis dicit
Dominus.

Et ſanabo terram illorum.

Tertia hæc promiſſio concernit bona
corporalia, quod condonatis peccatis ve-
lit etiam terræ illorum benedicere, pluui-
am ſuo tempore largiri, auferre locuſtas,
ſterilitatem & mala omnia, quibus Regio-
nem ipſorum afflixerat, tum etiam ſalu-

bres

bres facere prouentus eius & annum benedictione ſua coronare. Id enim ſanare terram languentem ſeu maledictã & ad producendum fruges & alia vitæ neceſſaria, inhabilem, ſignificat.

Docemur hinc terræ fœcundationem ſeu ſanationem (vt dominus hic loquitur) opus ſolius Dei eſſe, qui ſublata maledictione, ſterilitatem vertit in fœcunditatem, dum verſis vicibus nunc calore ſolis, nunc cœlitus demiſſa pluuia, nunc frigore & pruinâ aliiſq; cœli conſtitutionibus, quæ ſingulis Regionibus & terræ partibus conuenientiſſimæ ſunt, terram præparat, fouet, fœcundat, vt det fructum ſuum in tempore ſuo.

Refutantur hinc ſomnia hominum, qui exſtimant victum, veſtem & cœtera beneficia corpori neceſſaria, caſu obijci vel neceſſitate quadam fatali prouenire aut humana parari induſtria, cum omnia ſine benedictione diuina langueant, hoc eſt, maledictioni obnoxia ſint & infirma prorſus maneant. Scriptum eſt enim: Dante Te illis colligent, aperiente Te manum tuam omnia bonitate replebuntur, Auertente Te faciem tuam, turbabuntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Quarta promiſſio perpetuæ præſentiæ diuinæ, quod omnibus commodis illorum proſpicere velit iugiter.

Loquitur ſcriptura de DEO ἀνθρωπο-πάθως, tribuens ei oculos, aures, manus, &c. Vt ad noſtrum ſeſe captum accommodet & efficacem opem atq; auxilium hominibus ob oculos ponat: Verba enim ſenſuum, quando ad Deum referuntur, de effectu & efficaci operatione accipiuntur: Ita etiam hoc loco more hominum ſibi ipſi oculos & aures tribuit Deus, vt nobis aſſiduam ſuam præſentiam & attentam curam opitulandi, defendendi & liberandi ſuos oſtendat. Sicut enim hominum oculi ſemper in eorum commodum & ſalutem intenti ſunt, quos amore proſequuntur ſuo: Ita etiam Deus ille φιλάνθρωπος ſemper ſereno eos dignatur intuitu, & pro ſalute illorum excubat, quos diligit, diligit autem eos, qui ipſum diligunt & ſermonē ipſius ſeruant, Ioh. 14. Pſal. 34. Oculi domini ſuper iuſtos & aures eius in deprecationem illorum. Hinc ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν ſeu perpetuo vigilantem oculum habere dicitur, Pſal. 121. Non dormit neq; dormitat qui cuſtodit Iſrael. Afflictorum

con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

conſolatio hæc erit, DEum velle tandem eorũ miſerias oculis miſericordiæ ſuæ clementer reſpicere & poſt dies afflictionum omnes eos conſolari, qui fidei oculis ipſum aſpexerint. Exod. 3. Vidi afflictionem populi mei. Pſalm. 94. Qui plantauit aurem non audiret? Aut qui finxit oculos non videret? &c.

Et aures meæ intentæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit.

Dixit ſe nobis præſentem fore & intentis oculis commodis noſtris proſpecturum, nunc aures perpetuò arrectas & apertas ad clamores omniũ ſincero affectu inuocantium pollicetur: vultq; dicere: Non contemnam, non negligam, non faſtidiam preces veſtras: Sed benignis & arrectis auribus gemitus veſtros excipiam, preces, quas in anguſtijs funditis, exaudiam & defenſionem veſtri ſuſcipiam. Hinc definit Baſilius aurem Dei eſſe ἀντιληπτικὴν τῶν εὐχῶν δύναμιν. Hoc eſt, potentiam receptiuam precum.

Hæc rationi humanæ opponamus, quæ in ærumnis ſæpe colligit, Deum preces noſtras non exaudire, neq; nos ei curæ eſſe: verum potius ipſum nos abieciſſe noſtriq; prorſus oblitũ; quam impiam falſamq; opinionem

Deus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Deus ipſe hoc loco refutat, conſtanter affirmans propicias ſuas aures in piorum preces ſemper intentas eſſe debere. Cuius promiſſionis veritatem experti ſunt inde vſq; ab initio omnes ſancti, & etiamnum experiuntur, qui in ſpiritu & veritate orant. Quemadmodum Dauid cum ſuo tum aliorum probat exemplo. Pſalm. 34. Inuocaui dominum & ex omnibus pauoribus meis eripuit me, &c. Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, ex omnibus tribulationibus eripuit eum.

DE SECVNDO.

QVemadmodum omnes comminationes diuinæ, cum exceptione conuerſionis & pœnitentiæ intelligendæ ſunt: Ita etiam promiſſiones ſalutis conditionem in vniuerſum adiunctam habent timoris fidei & obedientiæ Dei. Eius rei illuſtre exemplum in Iſraelitis proponitur: Adoptarat ipſos Deus, vt eſſent ipſi peculium, fœdere ſe illis perpetuo obſtrinxerat, conſtituerat inter eos cultum ſuum & promiſſiones dederat ampliſſimas: Ita tamen vt ad officium ſibi debitum ſincerè præſtandum aſtringerentur, ſicut dicitur,

Leuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Leuit. 26 & Deut. 28. Si audieris vocem Domini DEI tui & cuſtodieris feceriſq; omnia præcepta mea, quæ ego præcipio tibi hodie, &c. Neglecta verò conditione hac, non ſolum non à DEO probabantur, ſed indiſcriminatim omnes tanquam rem fœdam & abominandam reiecit. Tales hoc etiam loco Iudæis & Eccleſiæ omnibus temporibus offeruntur promiſſiones & benedictiones, ea tamen lege, vt ipſius vero timore præditi, debitam ipſi reuerentiam & obedientiam ſedulò exhibeant.

Conuerſus populus meus.

Hoc enim placandi Dei, ſimulac manum ſuam ad nos ob ſcelera puniendos extendere cœperit, primum eſt remediũ: Vt ſi quando ab ipſo, ipſiuſq; mandatis receſſerimus plagis & peccatorum iuſto dolore humiliati, ad eundem mox per fidem conuertamur, Quòd dum fit, in ira miſericordiæ ſuæ recordatur, pœnas lenitate temperat, noſq; benedictione ſua cumulat: Sicut exempla vtriuſq; Teſtamenti, oſtendunt luculentiſſimè.

Quòd verò additur: *Populus meus, ſuper quem inuocatũ eſt nomen meum.* Ideo fit, vt in memoriam ipſis reuocet fœ-

dus

dus cum patribus initum, de gratuita electione, qua eos in populum adſciuit ſuum & verum nominis ſui cultum ijſdem commonſtrauit, & viciſſim de debita ſubiectione & obedientia, qua illum ſolum verum Deum & dominum ſuum, colere & reuereri debebant.

In hoc fœdus cum & nos, ſpirituale ſemen Abrahæ exiſtentes, deintegro aſciti à Deo ſumus, eiuſq; populus qualeſcunq; ſimus, modò credamus, ſumus & quidem acquiſitus ille, non alio precio, quam ſanguine agni immaculati IESV Chriſti, cuius nos etiam nomine pater clementiſſimus per baptiſmum filio ſuo inſitos indigetauit, vt ex CHriſto, Chriſtiani nuncupemur: Concludimus indubitatò, eundem nunquam ſuæ electionis, qua nos in populum elègit ſuum, oblitum fore, nec immenſum filij precium in cruce pro nobis exolutum ita ipſi vileſcere vnquam, vt nos perditos velit: Sed quemadmodum ſuum erga nos fauorem & beneuolentiam eligendo, vocando & iuſtificando, abundè teſtatus eſt: Ita eandem erga nos miſeros ad ſe conuerſos, in gratiam rurſus recipiendo, ſpiritu confirmando & in æternum glorificando declarare perpe-

tuò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

tuò futurum paratiſſimum: Si non noſtra ipſorum culpa à tanta gratia & gloria exciderimus.

Et deprecatus me fuerit.

Altera hæc conditio promiſſionibus ſuprà recitatis addita monet, vt populus cognita indignitate & miſeria ſua, ad Dei ſolius opem precibus confugiat, condonationem omnium delictorum atq; meritas à ſe auerti pœnas ardenter petat, ſpem ſalutis in gratuita condonatione & liberatione obtinenda per Chriſtum promiſſum firmiter collocans.

Plurimum itaq; momenti ad ſalutem Eccleſiæ poſitum exiſtimemus, vt poſthabitis omnibus illis, in quibus mundus ſalutis ſuæ ſpem collocat, rectâ ad DEVM ſerio & ſine ſimulatione confugiamus, illum à nobis offenſum doleamus, eius iram iuſtam agnoſcamus, ad ipſius miſericordiam cupidè aſpirantes, delictorũ veniam expectemus & certa in ipſum fiducia, quod velit ſe deprecantes exaudire, ſolidè recũbamus. Quocirca hoc die & hora preces noſtras pœnitentiæ ſtudio coniungamus & tantò diligentius & ardentius

ora-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

orationi incumbamus, quantò euidentius irati Dei ſigna ante oculos videmus, atq; illum nobis propicium fore audimus.

Tertia conditio: *Et exquiſiuerit faciem meam.*

Exquirere faciem Dei, eſt ad ipſum ſolum, qui ſe in verbo ſuo patefecit & identidem certis Teſtimoniis ac ſignis præſentiam ſuam declarauit, prompto animo, tanquam ad patrem & ſaluatorem confugere eumq; vnicum opitulatorem & ducem vitæ & ſalutis ſequi, vero obſequio eidem ſe ſubiicere atq; omnia neceſſaria tam corporalia quam ſpiritualia cum fiducia ab eodem petere & expectare.

Ac quamuis Deus faciem non habeat vt homo vnde agnoſcatur: Quia tamen ſuam præſentiam erga homines declarat rebus externis & in ſenſus incurrentibus, vtpote verbo, Sacramentis, &c. Iis faciem ſuam oſtendere dicitur, quibus dona hæc exhibet, & res quæcunq; quibus ſe Deus nobis adeſſe demonſtrat, facies Dei dicuntur, quod in iis luceat ipſius bonitas, ſapientia & potentia.

Sic Arca Teſtimonii facies Dei dicta eſt, quia Symbolum perpetuæ præſentiæ Dei in populo Iſraëlitico fuit: & quoties

popu-

populus iſte ex certo DEI mandato con-
ueniebat ad Tabernaculum. vbi propicia-
torium erat & verus nominis diuini cul-
tus exercebatur, dictus eſt faciem DEI
quærere: Ita & nos, qui non typicum, ſed
verum propiciatorium Ieſum Chriſtum &
publicum Euangelij ipſius miniſterium ha-
bemus, faciem DEI exquirere dicimur:
Quando nos voluntati ipſius accommo-
dantes vero & ſincero cordis timore ip-
ſum, qualiter ſe nobis in verbo proponit
& manifeſtat, colimus, ipſius gratiam im-
ploramus, ſacras conciones audimus, pre-
ces & vota noſtra cum Eccleſia coniungi-
mus, ſacramentis à Chriſto inſtitutis rectè
vtimur, noſtros conatus & ſtudia ad ipſius
gloriam referimus, ſicq; vitam inſtituimus
noſtram, vt ipſum ſemper præſentem &
propicium habeamus.

Contrà verò á facie Dei diſcedunt,
qui nec DEVM ſibi in verbo loquentem
audiunt, nec gratiam oblatam recipiunt,
neq; quidquã quod ipſius voluntati con-
uenit, aut gloriæ deſeruit, faciunt unquã.
Quos etiam à facie ſua perpetuò tandem
abiecturus eſt iudex iuſtiſſimus. Quod ne
nobis vnquam eueniat, aſſiduè cum Pſal-
miſta precemur: Oſtende nobis domine fa-
ciem tuam & ſalutare tuum da nobis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Et egerint pœnitentiam à vijs ſuis peſsimis.

Quartum quod hoc loco à ſuis requirit Deus, eſt: vt abiecta per pœnitentiam vita flagitioſa, poſtmodum ex legis diuinæ præſcripto mores inſtituant ſuos, opera pœnitentiæ conſentanea facientes.

Coniungit itaq; cum vera reſipiſcentia vitæ emendationem, quæ domandæ & ſubiugandæ carni ſtudet & vera pietatis exercitia operatur ſedulò. Niſi enim laſciuientem carnem cum vitijs & concupiſ-
Epheſ. 4. centijs ſuis cohèrceamus & nouum illum hominem, qui ſecundum Deum conditus eſt ad iuſticiam & ſanctimoniam induamus, fruſtrà à nobis ſuſcipitur omnis pœnitentia. Viæ igitur noſtræ vt peſſimæ in ſe ſuaq; natura ſunt, ita citiſſimè corrigi emendariq; neceſſe habent. Hoc qui negligit, incaſſum conuerſione ſua frigida DEVM offenſum placare conatur.

Sit proinde vita noſtra perpetuum nouitatis ſtudium, vt animos in Dei verbum intentos habeamus, idq; actionum noſtrarũ Regulam & amuſſim eſſe ſinamus, quo dignos pœnitentiæ fructus & vitales fidei fœtus edamus, in ipſius gloriam & ſalutem cùm propriam tùm aliorum: Iuxta mandatum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

datum, Pſalm. 37. Declina à malo & fac bonum. Item, hæc eſt voluntas DEI ſanctificatio veſtra. Omnis enim arbor, quæ non facit fructum, exſcindetur & in ignem conijcietur. Roman. 8. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Si ſpiritu mortificaueritis opera carnis, viuetis.

DEus miſericors flectat corda noſtra efficacitate ſui ſpiritus, vt ipſi nos hodie monenti & ad conuerſionem vocanti obtemperemus, prælucente verbo ipſius, faciem, quam nobis modò ſerenam oſtendit exquiramus, ei per fidem veram in CHriſtum IEſum reconciliati adhæreamus, & poſtmodum relictis vijs noſtris peſſimis in recto pietatis curſu perſeueremus: Quo fiet vt conſcientiæ noſtræ vulneribus medeatur, miſericordiæ ſuæ oculos aureſq; benignas ad nos conuertat & calamitates impendentes auerruncet, Noſq; viciſſim certam ac plenam ſalutem intrepida fiducia ac ſpe inuicta ab ipſo petamus & expectemus, cui honor & gloria in ſæcula, Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

CONCIO TERTIA:

Textus: 2. Paral. 7.

TV quoq; ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Dauid Pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iuſticias meas iudiciaq; ſeruaueris: Suſcitabo Thronum Regni tui, ſicut pollicitus ſum Dauidi patri tuo, dicens: Non auferetur de ſtirpe tua vir, qui non ſit princeps in Iſraël. Si autem auerſi fueritis & dereliqueritis iuſticias meas, & præcepta mea quæ propoſui vobis, & abeuntes ſeruieritis dijs alienis & adoraueritis eos: Euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam ſanctificaui nomini meo, proijciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exem-

plum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

plum cunctis populis, & domus iſta erit in prouerbium vniuerſis tranſeuntibus, & dicent ſtupentes, quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic? Reſpondebuntq́; quia dereliquerunt Dominum Deum patrum ſuorum, qui eduxit eos de terra Ægypti & apprehenderunt Deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: Idcirco venerunt ſuper eos vniuerſa hæc mala.

EAm concionis diuinæ ad Salomonem partem, quæ promiſſiones continebat, in genere ſpectantes ad omnes homines, ſeria pœnitentia ſe á via peccatorum conuertentes, & ſincero pietatis affectu Deum colentes, heri propoſuimus. Hodie, Deo benedicente, alteram reſponſionis partem enarrabimus, qua ipſum Regem Salomonem initio inſtruit & cohortatur: Vt pietatem patris ſui Dauidis ſectetur, & in præceptorum diuinorum obſeruatione perſeueret, quò ipſum Solij ſui defenſorem ac ſtirpis ſuæ conſeruatorem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

habeat perpetuò. Tandem ſermonē de tota Eccleſia ſeu populo Iſraëlitico, congregato vnà cum Rege in templo recens extructo, inſtituit, denuncians illis horribiles pœnas, adeoq; finalem interitum, ſi relicto ipſo viuo & vero Deo, ad impietatem deflexerint, aut idola coluerint, nouoſue placandi numinis cultus ſibi elegerint.

Erunt itaq; huius concionis duæ partes.

I. Prima promiſsiones ſpeciales, Salomoni factas & conditiones iiſdem additas, continet.

II. Secunda comminationem habet triſtiſsimarum pœnarum, ſi neglectis mandatis diuinis à fide & pietate defecerint.

DE PRIMO.

Tu autem ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Pater tuus.

Apoſtrophe eſt ad Regem, qua ipſum initiò officij ſui admonet, enumerans aliquot pij magiſtratus adiuncta, perfectiſſimam bonæ & ſalutaris guber-

bernationis formam complectentia. Ea autem ſunt. 1. Ambulare coram Domino. 2. Facere quæ præcepit Dominus. 3. Seruare iuſticias & iudicia. In his tribus comprehenduntur omnia boni gubernatoris munus concernentia, cùm erga Deum, tùm erga ſemetipſum, tùm etiam erga ſubditos.

DEO debet, vt coram ipſo ambulet: Sibi ipſi vt iuxta ſtatuta diuina mores inſtituat, ſobriè, iuſtè, caſtè, &c. Subditis verò æquitatem & iuris adminiſtrationem. His ſimul iunctis tanquam publico theſauro conſeruatur omnis in Regno felicitas.

Præſtat autem huius admonitionis membra, eo quo ponuntur ordine excutere, cùm ſingula ſuum pondus habeant.

Si coram me ambulaueris.

Ambulare coram Domino dicuntur, qui cum illo fide & pietate coniuncti, ipſum ſemper in conſpectu habent, omnia iuxta ipſius voluntatem inſtituunt eoq; conatus ſuos dirigunt, vt ſemper ei adhæreant & placeant: & quoties ex imbecillitate humana à ſalutis via deflectere contigerit, mox metu ſupremi Numinis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

perciti & ſimul amore eiuſdem accenſi, ad ipſius gratiam confugiunt, opem indefeſ-ſis precibus implorant, hocꝗ cauent ma-ximè, ne ad carnis cupiditates & mundi exempla declinent amplius, Prouerb. 14. Timens dominum rectè ambulat, ſed con-temptor Dei peruertit greſſus ſuos. Gene. 5. de Enoch dicitur, quod ambulauit cum DEO: Similiter Noha, ambulaſſe coram Deo dicitur, Gene. 6. Cùm totus mun-dus viam ſuam corrupiſſet & inſanas libi-dines ſequeretur. Idem elogium Dauidi hoc loco tribuitur, quòd & ille coram do-mino ambulauerit. Ideoꝗ filio Salomo i ipſum tanquam domeſticum virtutis e-emplum imitandum proponit Dominus inquiens: *Sicut ambulauit pater tuus.* Vult eum paternæ pietatis & integrita-tis æmulum eſſe, & præclariſſimarum vir-tutum egregia paradigmata, bello & pa-ce, domi foriſꝗ præmonſtrata, intueri: Vt eandem vitæ rationem, ex fide & obedi-entia erga Deum promanantem, indefeſsè æmuletur & obſeruet.

Ac quamuis pater grauiſſimis lapſibus à virtutis via aliquoties ex infirmitate de-flexit, quia tamen idem à peccatis con-uerſus, redit ad Deum eiuſꝗ opem & mi-

ſeri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ſericordiam precibus lachrymoſis impe-
trat, propter mediatorem, quem ipſe ſa-
cerdotem ſecundum ordinem Melchiſe-
dech nominat, Pſal. 110. Neq; abiecit ve-
ræ Religionis aut gloriæ Dei propagandæ
ſtudium: Non modò exemplar optimi
Regis, ſed & vas miſericordiæ diuinæ, in
gratiam receptus, manſit. Quo fit, quod
ne minimam grauiſſimorum lapſuum ipſi-
us, ſemel ex miſericordia pœnitenti remiſ-
ſorum, mentionem faciat hoc loco Deus:
Quod & noſtræ deſeruit conſolationi:
DEVM videlicet non tantum remittere
nobis peccata, ſed omnem etiam memori-
am peccatorum, obliuione ſempiterna de-
lere. Sicut dulciſſimè dicitur, Eſa. 43. Ego, Pſal. 32.
Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas prop-
ter me, & peccatorum tuorum non recor-
dabor amplius.

Viri principes & alij, quibus contingit
optimis & pijſſimis naſci parentibus, ſimi-
liter hoc DEI mandato paternæ virtutis
gnaui eſſe iubentur æmuli, & veſtigijs viæ
rectæ à maioribus impreſſis fortiter inſi-
ſtere: Ne (ſi degeneres facti) alienam cum
moribus induiſſe naturam videantur, &
tandem à paterna non modò felicitate, ſed
& ſalute, ſua ipſorũ culpa, excidant. Tan-

to etiam maius apud homines ſibi dedecus fore arbitrentur, quanto illuſtriore genere oriundi ſint, ſi à maiorum pietate & virtute deflexerint. Verè enim à Poëta dictum eſt: Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.

Hæc cogitatio potentiores aſſiduè exercere debet, vt vera erga DEVM pietas mentibus illorum inſtilletur, quæ inter omnia animi & corporis, externorumq́ bonorum decora, veluti primæ magnitudinis ſidus elucet, & ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ præſentis & futuræ. 1. Timoth. 4.

Operam igitur dent, omni ſeſe humilitate & pietate Deo ſubmittere eòq́ omnem potentiam, ſapientiam labores & conatus referre, vt eius voluntatem faciant & nominis gloriam propagent, iuxta dictum, Pſalm. 2. Et nunc Reges intelligite, qui iudicatis terram, ſeruite domino in timore & exultate cum tremore, oſculamini filium ne iraſcatur & pereatis in via.

Et feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi.

His verbis vitæ ſanctitatem & hone-
ſtatem

ſtatem requirit, vt videlicet ad normam
legis diuinæ vitam totam dirigat Rex, &
in id ſedulò incumbat, vt ſe Deo immacu-
latum & perfectum præbeat. Quod vt fa-
cilius & felicius præſtare poſſit, diuina ſta-
tuta & præcepta, quæ totius vitæ & gu-
bernationis rationem continent, animo
ſuo infixa ſeruet, crebra meditatione ſibi
ob oculos ſtatuat, & vitæ degendæ regu-
lam eſſe ſinat, iuxta dictum: Lucerna pe- Pſal. 119.
dibus meis verbum tuum & lumen ſemitis
meis. Item, In quo diriget adoleſcenti-
or vitam ſuam? In cuſtodiendo manda-
ta tua.

Feceris. Ac ſi diceret: Non ſatis eſt
auribus accipere oracula mea, eaq; vtcunq;
intuendo, legendo, recitando percenſere:
Sed animo tuo imprimas & vita tota ex-
primas, nihil cogites, nihil loquaris, nihil
agas deniq;, quod non ſit verbo meo con-
ſentiens. Qui (inquit Diuus Iacobus ca-
pit. 1.) non fuerit auditor obliuioſus, ſed
effector operis, beatus erit in opere ſuo.
Et Bernhardus: Traijciantur diuini ſer-
mones in viſcera animæ noſtræ, tran-
ſeant in affectiones noſtras, in mores
noſtros.

Omnia.

Omnia. Cùm lex vna ſit copulatiua,
Iacob. 2. vt qui in vno offenderit, omnibus teneatur, requirit omnium partium obſeruantiam: Non quod noſtrarum virium ſit, perfectam & numeris omnibus abſolutam obedientiam, qualem ipſa à nobis exigit,
Rom. 7. præſtare. Scimus (inquit Apoſtol.) quod lex ſpiritualis eſt, ego carnalis ſum. Sed ideo *Omnia* cuſtodiri præcipit: Vt ad perfectionem illam totis viribus anhelemus & cotendamus, quam cùm nobis deficere videamus, ad miſericordiam per Chriſtum partam & exhibitam confugiamus, qui ſpiritu ſuo operatur in nobis velle & perficere, noſtroſq; defectus ſuo merito abunde ſupplet.

Præcepi tibi. Non vult Dominus, vt iuuenis Rex, ſuæ rationis figmenta, aut arbitrij ſui decreta, non domeſticorũ vana conſilia, aut ἐθελοθρησκείας ſequatur: Sed quæ verbo ſuo monſtrauit, illa meditanda, illa facienda præcipit. Eſai. 8. Ad legem & teſtimonium ſcilicet reſpiciendũ. Hæc etenim vniuerſam de DEI cultu, de vita & moribus inſtituendis, doctrinam continent abſolutiſſimam.

Etſi autem ſanctitatis hoc minimè ſimula-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

mulatum ſtudium, commune eſſe debet tàm ſubditis quàm magiſtratui, cùm ad omnes, qui CHriſto nomen dederunt, ſpectet Pauli commonefactio. Ad Titum 2. quæ iubet, vt abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter & iuſtè & caſtè viuamus in præſenti ſeculo. Principes tamen viros, quos Deus in illuſtri ſede collocatos ſui muneris participes eſſe voluit, non ſolùm maieſtate, opibus & autoritate excellere: Sed etiam omnis generis virtutum & pietatis facem ſubditis præferre, Eccleſiæ & Reipublicæ maximè intereſt. Etenim, vt perſona magiſtratus externo præ alijs ſplendore & eminentia illuſtris eſt & conſpicua: Ita etiam quæ ab eadem proueniunt, omnibus in propatulo & tanquam aprico conſpicienda proponuntur, quæ ſi mala fuerint, plurimos offendunt & ſecum in ruinam trahunt. Nam vt rectè monuit Poëta: Non ſic inflectere ſenſus humanos edicta valent, vt vita Regentum. Spiritum igitur prudentiæ, rectitudinis & fortitudinis religioſè petant, quo in alijs regendis ipſi penitus regantur.

Et ſeruaueris juſticias & judicia.

Tertium, quod à Salomone & omnibus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

bus qui inter homines magiſtratum ge-
runt requirit, eſt vt ſeruent iuſticias & iu-
dicia, hoc eſt, æquitatem & iuſticiam erga
ſubditos exerceant.

Iuſticia hoc loco ſignificat amorem
virtutis, defenſionem & liberationem eo-
rum qui virtute præditi ſunt, & ſecun-
dum legem viuunt.

Iudicium ſignificat ſeueram animad-
uerſionem in homines ſceleratos & im-
probos.

Hæ duæ virtutes omninò etiam lucere
Deut. 1. debent in pio magiſtratu: Nec ipſe priua-
Iere. 21. tim tantum fugere vitia, & virtutum ex-
& 22. emplis præire ſubditos, ſed in malis ſcele-
Pſal. 82. ra, ſine vlla vllius perſonæ acceptione pu-
2. Par. 19. nire debet, & contemptores Dei & publicæ
pacis ac diſciplinæ violatores gladio tolle-
re: vt ſunt blaſphemi, periuri, homicidæ,
adulteri, fures, piratæ, mendaces & ſimiles.
Oportet enim in magiſtratu iuſtā eſſe Ne-
meſin aduerſus ſcelera & flagitia quæ o-
peram ſummam det vt quàm minimum
vitiorum ſit inter ſubditos. Sic Ioſua pu-
niuit Acham: Daniel falſos teſtes: Con-
ſtantinus repreſſit Licinnium graſſantem
contra Eccleſiam, &c.

Bonis verò ex præſcripto legis viuenti-
bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

bus patrocinari debet, liberare oppreſſum de manu calumniatoris, peregrinum, viduam & pupillum non contriſtare, ſed præſtare illis tranquillitatem per media ordinata, & ſi res poſtulauerit, ſubditos armis defendere, vt virtuti locus ſit, & præmia rectè factis conſtituantur. Hinc apud Oſeam cap. 4. dicitur magiſtratus Clypeus, id eſt, protector populi. Nam in eum finem ordinatus eſt, vt innoxios protegat & ſceleratorum vim depellat. Sicut Clypeus militem à telis & armis aduerſis defendit. Quemadmodum docet Paulus Roman. 13. & Petrus Epiſtol. 1. cap. 2.

Hinc videre eſt, quàm iniquè faciant iſti magiſtratus, qui omnem æquitatem & iuris adminiſtrationem peruertunt, Quiq; depoſito gladio ſibi diuinitus tradito, marſupium femori alligant, quod vt citò expleant, omnium flagitiorū licentiam & impunitatem concedunt: Leges corrumpunt & inflectunt: Interpretationes addunt, quæ quæſtui & cupiditatibus ipſorum inſeruiant, vt aliquo prætextu in bona ſubditorum inuolare, ſanguinem eorum exſugere & eos bonis ſuis excutere poſſint, quos manu ſua potenti iudex ille iuſtiſſimus, niſi reſipuerint,

ali-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

aliquando validè repreſſurus eſt: Potentes
Sapi. 6. enim potenter tormenta patientur.

Suſcitabo Thronum Regni tui ſicut pollicitus, &c.

Sequuntur nunc ordine promiſſiones ampliſſimæ protectionis & felicis gubernationis, tūm etiam propagationis ſtirpis, ſi quæ dicta ſunt, ſeduló præſtiterit Rex.

Suſcitabo Thronum, hoc eſt, omnia tibi in gubernatione proſperè & ex animi tui ſententia ſuccedent: Ego mea manu ſolium Regni tui firmabo, ne ab hoſtibus tuis vnquam euertatur, eris pace florens & bello felix, omnibuſq; gubernationis tuæ euentibus clariſſimus, nec quicquam tibi ad ſummam felicitatem deerit vnquā. Ierem. 15. Dabo te populo meo murum æneum, pugnabunt contra te & non præualebunt tibi, quia ego tecum ſum vt ſeruem te.

Huius promiſſionis euentus in multis magniſq; donis Salomoni cumulatè à Deo
3.Reg.4. conceſſis, conſpicitur: Ipſi vix viceſimum ætatis annum egrèſſo, Dei munere & conceſſu data erat tanta ſapientiæ poſſeſſio, vt nec ante ipſum ſimilis fuerit, nec poſt

ipſum

ipſum futurus, ipſo Deo teſte 2. Paral. 1. neq; modò ſapientiam attribuit ei, qua toti humano generi antecelluit, ſed & Regnum ampliſſimum atq; opulentiam longè ſuperantem Croeſi & Craſſi diuitias, autoritatē quoq;, pacem & ſalutarem gubernationem, vt 3. Reg. 4. dicat ſcriptura: Tempore Salomonis, quemq; ſubditorum ſediſſe ſub ficu & vite ſua, commodis almæ pacis fruentem.

Nec deerit tibi vir de ſtirpe tua, ſicut promiſi Patri tuo Dauid.

Pollicetur non modò Solij confirmationem, ſed & ſtirpis conſeruationem & propagationem, vt ſemper in ipſius familia permaneat imperium Iſraëliticum, & ex ipſius ſemine aliquis ad Regni gubernacula, quamdiu durauerit politia iſta, ſedeat: Donec tandem verus & æternus ille, Regum Rex, ex ipſius poſteritate oriundus, Regni ſpiritualis habenas eſſet moderaturus, iuxta fœdus cum Patre Dauide initum, 2. Samuel. 7.

Hinc admonentur Reges & Principes adeoq; omnes, qui ad rerum gubernacula ſedent, Regnorum ſuorum felicitatem & imperij conſeruationem, non in externa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

maieſtate, opum amplitudine, non in præ-
ſidiorum firmitate aut ſubditorum multi-
tudine, neq; in potentia, ſapientia aut vir-
tute humana: Sed in vera pietate & ſoli-
us Dei protectione, gubernatione & con-
ſeruatione conſiſtere. Eccleſiaſt. 10. Pote-
ſtas terræ eſt in manu Domini. Is etenim
rerum moderator ſummus, Regnis præſi-
det, & cùm principes, tùm ſubditos vera
fide & obedientia ſe illi ſubijcientes, pru-
dentiæ ſuæ habenis moderatur & Regna
Sapi. 6. ſtabilit: Impia verò imperia, iuſto ſuo iu-
Ecclſ. 10. dicio turbat, commutāt, delet. Confirma-
ri hæc poſſent ſcripturæ exemplis pluri-
mis, niſi propoſitum meum eſſet Laconiſ-
mo omnia perſtringere,

Eſt & hoc obſeruandum, quòd quem-
admodum ob pietatem conſeruantur Re-
gum, principum & aliorum heroum illu-
ſtres familiæ: Ita propter impietatem &
crudelitatem plerumq; exſtinguuntur, &
non modô de hominum memoria, ſed eti-
am de libro vitæ delentur impiorum no-
mina, Eccleſ. 10. Propter impietatem, in-
iuſticiam & auaritiā transfertur Regnum
à gente in gentem. Huius rei exemplum
nobis euidentiſſimum ſuppeditat Salomo-
nis Hiſtoria. Nonne prodigij inſtar erat,
quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

quod ex 700. vxoribus & 300. concubi-
nis, vnius tantum Roboami nomen in
ſcriptura expreſſum inuenitur: Qui patri
quidem in gubernatione ſucceſſit, ſed ad-
eo degener & infelix fuit, vt ſtoliditate &
malicia ſua bonam Regni partem amiſerit
& in horribiles ruinas ſubditos traxerit.
Tota denique poſteritas ob impietatem à
muliere tyrannica Athalia prorſus deleta
& exſtirpata eſt, & Regnum ad poſteros
Nathanis translatum. Propter crudèlita-
tem etiam Achabi & Ieſabelæ perijt tota
ipſorum poſteritas, &c.

In hæc & ſimilia exempla intuentes
Principes ſe diuinitus gubernari petant,
ne ſibi ſuiſque interitus & perditionis cau-
ſa exiſtant.

DE SECVNDA.

POſtquam Deus merita ſua oſtendit
cùm erga Regem ipſum, tùm erga
populum, quibus eos in ſui amorem
& obſequium pellicere & ad perpetuam
obedientiam conſtringere voluit: Mox ex
aduerſo, vt eoſdem à malo àbſterreat iu-
ſticiæ ſuæ feruorem & in puniendo peni-
tuſque exſtirpando eos Zelum, ſi ipſum vitæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

& ſalutis ſuæ authorem faſtidioſè deſerue-
rint oſtendit, inquiens.

Si autem à me auerſi fueritis, &c.

In hāc poſtrema parte, initiò cauſas omnium calamitatum recenſet, mox pœnam deſcribit. Cauſas tres enumerat.

1. Auerſionem à Deo.
2. Iniquitatem.
3. Idololatriam.

1. Auerti à Deo eſt à fide & pietate deficere, ſeu fidem Deo datam fallere, & in neceſſitate alios ſibi opitulatores quærere, nec ab vno Dei verbo dependere. Vbi enim hominis cor hoc modo à DEO auellitur, ſacram ſocietatem, qua ſuos ſibi deuincit Deus, penitus abrumpi neceſſe eſt, nec vllum amplius cum ipſo cōmercium habent tales Apoſtatæ.

2. Secunda cauſa interitus.

Et dereliqueritis iuſticias & præcepta mea, quæ propoſui vobis. Senſus verborum eſt, vobis abundè mea voluntas per legis doctrinam abſolutiſſimam innotuit, verum etiam nominis mei cultum ſeu legitima & ſtatuta vobis monſtraui. Miſi inſuper & adhuc mitto Prohetas & docto-

doctores, qui abundè vobis rectè viuendi præcepta inculcent, ſummos atq; infimos officij ſui admoneant, torpentes excitent, obliuioſos commonefaciant, errantes in viam reuocent, &c. Si itaq; poſt tot tantaſq; admonitiones mandata & ſtatuta mea, contumaciter in ſcelera proruentes, dereliqueritis, atq; obſtinatè pro ſuo quiſq; arbitrio in malicia perrexerit, ego rurſus vos derelinquam, & veſtræ inobedientiæ pœnas, ſuo tempore dabitis mihi grauiſſimas.

3. *Et abeuntes ſeruieritis diis alienis.*

Tertium ſcelus, quo ſe ad vindictam irritatum iri dicit, Idololatria eſt, quæ derelicto viuo & vero Deo, ad muta deflectit Idola, & nouos ſibi placandi numinis cultus excogitat, hoc eſt, λατρείαν illam λο- Rom. 12.
γικὴν, ſoli Deo debitam in ἄλογον cultum vertit, & ſuperſtitionem ab omni ratione & communi ſenſu alienam exercet.

Hæc ſcelera omnium grauiſſima ſunt, in iis præſertim, qui nomen Deo dederunt, verbo eius inſtructi, & ſignaculis iuſticiæ fidei obſignati ſunt, quales nos Dei bonitate hodie ſumus, & olim Iſraëlitæ fuerunt, quorum propterea perfidia vt acerba & intolerabilis erat, Ita illis ipſis exitioſa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

iuxta comminationem poſtremo loco po-ſitam.

Euellam vos de terra mea, quam dedi vobis, et domum hanc, quam ſanctificaui, proiiciam à facie mea.

Denunciat his verbis, ſuis contemptoribus, qui à vero cultu & pietate ex profeſſo deficiunt, pœnas triſtiſſimas, quas tandem de ipſis ſumere ſtatuit, vbi iniquitatis menſuram compleuere,

Harum prima exterminium eſt: *Euellam* inquit vos de terta hac amœniſſima, lacte & melle fluente, quæ diuinitus patribus veſtris promiſſa & ingentibus miraculis vobis tradita & defenſa fuerat, inde vos exſtirpabo in ira & excandeſcentia mea, & quos non deuorabit gladius vel abſumet peſtis, aut fames, eos diſpergam inter populos, ab vno extremo terræ vſq; ad alterum extremum. Deut, 28.

Et domum hanc, quam ſanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea.

Secunda pœna, templi deſtructio, & totius Religionis ſeu ſacrorum omnium ablatio eſt.

Domum

Domum hanc meo iuſſu exſtructam & ſolenni ritu hodie meo honori dicatam & conſecratam elegi quidem mihi in habitationem, eamq; edito ſpectabili fauoris mei ſigno ſanctificaui, vt ſit ſedes & habitaculum, in quo decretum mihi eſt perpetuò verſari, verbum meum purum putum per miniſtros meos proponere, preces veſtras exaudire, & euidentiſſima voluntatis & fauoris mei Teſtimonia declarare, iuxta promiſſionem, Leuit. 26. Ego ponam Tabernaculum meum in medio veſtri & non abijciet vos anima mea, ambulabo inter vos & ero DEVS veſter & vos eritis mihi populus. Item, Pſalm. 132. Elegit Dominus Zion, elegit eam in habitationem ſibi, hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quia elegi eam: Hanc inquam domum à me modô electam & ſanctificatam *proijciam à facie mea*, nec curabo eam amplius, non habitabo inter vos, nec vnquam præſentiam meam in ea declarabo: Sed erit mihi locus iſte profanus & abominabilis: Sublato enim fine, propter quem operoſum hoc ædificium exſtructum eſt, nominis videlicet mei honore & gloria, etiam omnia, quæ ad hunc finem dirigebantur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

vtpotè templum, verbum, ceremonias & ſacrificia totumq́ miniſterium ſacrum deſtruam, & auferam à vobis. Similis comminatio eſt illa CHriſti, Matth. 23, Ecce domus veſtra relinquetur vobis deſerta.

Et tradam eam in parabolam & exemplum cunctis populis.

Tertia pœna, ignominia perpetua eſt, quam per proſopopœiam deſcribit, dialogiſmo viatoris, (cauſam tantæ ruinæ ſciſcitantis) & incolæ cuiuſdam reſpondentis. Verborum autem ſenſus eſt: Non ſolùm patiemini damna & ærumnas, ſed & tanta contumelia afficiemini, vt perpetuum exemplum ignominiæ, Parabola & dicterium cunctis populis ſitis futuri, vt prætereuntes cum ſtupore & admiratione maxima dicant. Quare fecit Dominus ſic terræ huic? & reſpondebitur ipſis, quia dereliquerunt Dominum DEum patrum ſuorum. Hæ comminationes nequaquam inanes aut irritæ fuerunt, ſed quæ Deus hoc loco contemptoribus verbi ſui denunciat, certò euenere Regi, Regno, templo & populo, quemadmodum ſacræ literæ abundè teſtantur.

Ipſe Rex de ſua mente & ſanitate turbatus,

batus, à priſtinæ pietatis via deflexit & illecebris mulieroularum delinitus ac dementatus, vxoribus Deos fictitios ritu ſuarum gentium venerandos conſtituit, quibus ipſe quoq; preces & cultus adhibuit, Templa idolis exſtruxit, totamq; Religionem ad Gynicæi ſui voluntatem inflexit. 3. Reg. 11. Quia igitur hic DEum deſerit, rurſus à DEO deſeritur & abutens donis Dei, dona omnia amittit, vt multis dubium ſit, an acta pœnitentia, diuinæ bonitatis gratia veniam delictorum vnquã conſecutus fuerit.

Mortuo Rege, moritur omnis felicitas, pax & concordia. Diſtractum & diuulſum ſtatim eſt Regnum Iſraël in duas partes, ſicut prædixerat Propheta Achia Silonita, 3. Reg. 11. Ita vt decem tribus ad Ieroboamum Salomonis Satrapam deſciuerint: Duæ tantum Roboamo filio degeneri & ſapientiſſimo patri admodum diſſimili paruerint. Neq; perpetua duntaxat bella ciuilia peperit illorum impietas, ſed etiam horribilis diſſipatio Religionis & doctrinæ deprauatio ſequuta eſt. Sic enim dicit ſcriptura: Dereliquit Rex 2. Par. 12.
legem domini & totus Iſraël cum eo deſiit quærere Dominum & ei ſacrificare in Ieruſa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ruſalem, ideo ait Dominus per Semaiam Prophetam: Vos dereliquiſtis me, ego quoqꝫ derelinquam vos in manu Seſach Regis Ægypti. Hic poſtea Templum auguſtiſſimum diripuit, vrbes munitas cepit & grauiter Iſraëlem afflixit. Tandem deniqꝫ tota poſteritas Salomonis (vt ſupra monui) ob impietatem prorſus deleta & exſtincta eſt.

Domus etiam ſancta exuſta, diruta, ſolo æquata.

Arx & Palatium regium cum tota vrbe & politia capta, direpta, deleta.

Populus ſimiliter, qui antea Dei peculium & gens ſancta fuerat, barbaris gentibus præda factus, perit gladio, fame, peſte, carcere, exilio & ſimilibus plagis: Vt omnibus vicinis Idumæis, Aſſyriis, Ægyptiis, quinimò Romanis & omnibus mundi populis manifeſtum probri & dedecoris exemplum fuerit, Ad quorum conſpectum tanquam ad ſordes & excrementa nauſeent. Pſalm. 44. Poſuiſti nos opprobrium cunctis gentibus. Thren. 3.

Hæc pœna contemptus DEI fuit iuſtiſſima, iuxta comminationem, 1. Sam. 2. Glorificantes me glorificabo & contemnentes me contemnam. Nos igitur quorũ

cauſa

cauſa hæc hodie dicuntur & proponun-
tur, in hanc triſtiſſimam iræ diuinæ ima-
ginem intuentes, pietatem diſcamus, &
depoſita ſecuritate viriumq; noſtrarum fi-
ducia, petamus nos diuinitus gubernari,
atq; ingentia illa beneficia, quæ DEVS in
nos hodie confert, quod videlicet nobis
per miniſterium ſacrum, cui ſe alligauit
certis promiſſionibus & ſignis, præſens
adeſt, ſinit verbum ſuum inter nos opu-
lenter habitare, Sacramenta pura & illi-
bata adminiſtrari, mittit pios & ſalutares
uerbi miniſtros, & nos, tanquam viuos la-
pides, ſuper fundamentum Prophetarum
& Apoſtolorum, cuius imus lapis angula-
ris eſt ipſe IEſus CHriſtus, exſtruit: Vt ſi-
mus Templum ſanctum Domino, & tan-
quam domeſticos ex ſe genitos, in ſocie-
tatem omnium bonorum ſuorum recipit,
fouet, protegit: Pacem & almam tran-
quillitatem, turbatis ferè omnibus mun-
di Regnis, hodie nobis concedit: Princi-
pem illuſtriſſimum, in quo omnium vir-
tutum ornamenta clariſſimè conſpiciun-
tur, dedit: Salutares gubernatores piè
& moderatè omnia ad illuſtrandam inter
nos Dei noticiam, gloriam ipſius ornan-
dam, & ſalutem dulciſſimæ patriæ noſtræ

pro-

propagandam dirigentes,largitus eſt: Fe-
licitatem quoq; & omnium bonorum af-
fluentiam, & (vt ſummatim dicam) om-
nia dona & bona ſpiritualia & corpora-
lia liberaliſſimè nobis impertit. Hæc in-
quam beneficia gratis mentibus agnoſca-
mus & deprædicemus, & lapſus aliorum
intuentes vel audientes, ſimus vigilantes,
ne ſecurè ruamus in peccata, atq; occaſio-
nem DEO præbeamus habitaculum hoc
deſtruendi, dona corporalia & ſpiritualia
auferendi, & tandem cum incredulis Iu-
dæis aliiſq; nominis ſui contemptoribus in
exitium æternũ abiiciendi. Quod ne no-
bis iuſto eius iudicio, ob fœdiſſimam no-
ſtram ingratitudinem, hactenus erga ip-
ſum declaratam eueniat, Deum optimum
maximum propter inexhauſtam miſeri-
cordiam ſuam & amariſſimam filij
IEſu Chriſti mortem, toto
pectore rogamus &
obteſtamur,
Amen.

PRECATIONVM ET *Lectionum recitandarum for- mæ & ſeries.*

PRIMA DIE.

LOCO EPISTOLÆ:

Textus Thren. 3,

EVANG: Matth. 7.

Verſu 13. Introite per anguſtam portam. Vſq; ad finem Verſus 14. Pauci ſunt qui inueniunt eam.

PRECATIO.

DEuige Gud oc Alſomkiæriſte Fader / Wi elendige ſyndige Menniſke / met Hiertens anger oc ruelſe/ ſuck oc graad / bekiende faar dig/at wi ſom arme vildfarendis Faar/ ere formedelſt Satans oc vor forderffuede Naturis tileggelſe/ſkendelige fra Salighedſens vey

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

vey forførde / oc idelige haffuer
vandrit paa Syndſens oc den e-
uige Fordømmelſens brede ſti oc
vey/giort alt ont faar dig/at vort
gantſke Leffnit er idel ondſkaff
oc offuertrædelſe/met huilcken wi
haffue fortørnit dig/beſuærit vore
arme Siæle oc ſamuittigheder/
oc der met kaldit din grum̃e vrede
oc ſtraff offuer oſſ / ſaa wi aldrig
kunde komme tilbage / men maa
endelige fortabis / vden du rette
Hyrde vilt oſſ opſøge / oc igen til
dig annam̃e. Wi bede dig for din
kiere Søns vor eniſte Frelſeris
JEſu Chriſti ſkyld/ at du vilt op-
liuſe vore Hierter met din hellig-
Aand/ oc hielpe oſſ/ at wi aluorli-
ge kunde randſage vore ſyndige
oc fordøm̃elige veye / begræde vo-
re ſtore Miſgierninger/met huil-
cke wi ere aldelis vigte fra dig vor
kiere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

kiere Gud oc Fader/ oc vdi denne
Naadige tid / affſtaa all ondſkaff
oc ſlemhed / oc met en ſalig Peni-
tentze i dag omuende oſſ til vor
eniſte Saliggiørere Jeſum Chri-
ſtum / ſom er Veyen / Liffuit oc
Sandhed/ for hues værdſkyld oc
fortieniſte / wi nu opløffte vore
Hierter oc Hender til dig / oc met
EN røſt raabe oc bede: O HErre/
HErre/ver oſſ Naadig/oc forlad
oſſ alle vore miſgierninger / trøſt
oſſ met din hellig Aand / oc beuar
oſſ/ at wi icke fremdelis vige fra
dig/men altid vandre vdi din ſan-
de fryct/bliffue faſt i Troen/Haa-
bit oc Kierlighed / oc ſiden euig ſa-
lige / for ſamme din kiere Søns
JEſu Chriſti vor HErris ſkyld/
ſom met dig oc den hellig Aand
leffuer / en ſand Gud fra euighed
til euighed/ AMEN.

S E-

SECVNDA DIE.

LOCO EPISTOLÆ:

Textus 2. Paralip. 7.

EVANG: Matth. 9.

A Verſu 11. Videntes Phariſæi.
Vſq; ad finem 13. Verſus: Sed peccatores ad pœnitentiam.

PRECATIO.

Barmhiertige/ milde oc gode Gud / ſom haffuer aff din vſigelige Naade aabenbarit dig for dit Folck i Jeruſalems Tempel/ oc met egen røſt loffuit oc tilſagt dennom / At du vdi alle anliggende Nød vilt Bønhøre dennom/ vere Naadig / oc frelſe dennom aff all vlycke oc ſtraff/ huilcke de met deris Synder fortient haffue / der ſom de met ydmyge Hierter ville ſig til dig omuende/

ſøge

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ſøge dit Anſict / oc affſtaa deris
onde veye. Paa den ſamme din
wſigelige Godhed oc Trøſtelige
Foriettelſe / ſøge wi nu dit Anſict /
oc met ydmyge Hierter bede dig /
At du for din euige Godhed / oc
for din kieriſte Søns JEſu Chri-
ſti Død oc Blodige Fortieniſtis
ſkyld / vilt vende din Naadis oc
Barmhiertigheds Øyen til oſſ /
See til vor ſtore nød oc trang /
Oc hør vore ydmyge Bøner /
huilcke wi aff angerfulde Hierter
i dag vdøſe faar dig : Ver oſſ
Naadig / O HERRE / oc forbar-
me dig offuer oſſ dit arme Folck /
Straff icke effter vor fortieni-
ſte / men Faderlige borttag eller
formilde den Retferdige hæffn
oc ſtraff / ſom oſſ viſſelige for vo-
re mangfoldige Synder oc ſtore

 wtack-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ſtacknemmelighed offuerhenger.
Luck icke Himelen / at hand bliff-
uer ſom Kaaber / eller Jorden
ſom Jern: Men lad din Barm-
hiertighed oc Benedidelſe komme
ned offuer oſ / Giff fructſomme-
lige Tider / Beuare Landit oc
Grøden fra all forderffuelſe / Oc
oſ fra farlige Siugdomme oc all
wlycke / Borttag alle Landpla-
ger / Krig / Oprør / Wenighed /
Dyr tid / Peſtilentze / oc all anden
fortiente ſtraff / Paa det / wi dine
fattige Chriſtne oc kiere Børn /
icke ſkulle jammerlige ødeleggis
oc forderffuis / Men altid her eff-
ter frycte oc paakalde dit hellige
Naffn / oc tacke dig ſom en
Naadig Gud oc Fader
i all Euighed /
Amen.

T E R.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

TERTIA DIE.

LOCO EPISTOLÆ:

Textus 2. Paralip. 7.

EVANG: Matth. 7.

Verſu 24. Quiſquis audit ex me ſermones iſtos.

Finis: Et fuit caſus eius magnus.

PRECATIO.

O Almectige Gud / En Konning offuer alle Konger / HErre offuer Himmel oc Jord / Wi Hiertelige tacker dig / for alle dine wſigelige Gaffuer oc Velgierninger / huilcke du oſſ aff din Faderlige godhed til Liff oc Siæl altid beuiſt haffuer / oc oſſ ſaa Naadelige opholdit / beſkyttit oc beſkermit / fra all wlycke oc forderffuelſe: Wi bede dig for din Enbaarne Søns JEſu Chriſti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ſkyld / At du vilt oſſ fremdelis Naadelige beuare / fra all vaade oc fare / Oc giffue oſſ Aandelig oc Legomlig velſignelſe. Lad dit hellige oc ſalige Ord bo rigelige iblant oſſ / Giff tro Predickere oc Lærefædre / vdi Kircker oc Skoler / beuar oſſ fra falſk Lærdom oc all vildfarelſe / Affſtyr Dieffuelen / Tyrcken / Pawen / oc alle dine Ordis Fiender / ſom enten met liſtighed eller grumhed / ville nedlegge oc til intet giøre dit hellige Ord oc ære / Holt oſſ i din ſande fryct / ſtyrcke Troen vdi oſſ / oc regere oſſ met din hellig Aand / til dit hellige Naffns loff oc ære. Beuar vor Chriſtelige oc kiere Øffrighed / Giff dennom alle lycke oc velſignelſe til Liff oc Siæl. Beſkerme vor Naadige Drotning /

ning /

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ning/Drotning Sophia/ Diſſi-
giſte vor Naadige Printz oc Vd-
ualde Konning Herre Chriſtian/
ſtadfeſte hans Kongelige Thro-
ne/ vdi lyckſalig/ fredſommelig
oc languarende Regimente/ Re-
gere hañom met din hellig Aand/
at hand maa altid vandre faar
dig/ oc leffue effter dine hellige
Bud oc Befalning. Beuare
hans Naadis elſkelige Høybaar-
ne Brødre oc Syſtre/ Slect oc
Foruante. Velſigne oc beuare
Rigens Raad oc Adel/ oc alle
andre Chriſtelige Øffrighed/ giff
dennom Naade ſtedſe at bliffue i
din ſande fryct/ oc at regere deris
Vnderſaatte met Dom oc Ret-
ferdighed / Altid at giøre det
ſom dig er behageligt. Holt vn-
der din Guddommelige beſkyttel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

ſe diſſe Riger oc Hertugdømme, Beſkerme alle deris Indbyggere fra all ſkade oc wlycke: Forlene oſſ Fred oc Rolighed / Giff vel- ſignelſe til Land oc Vand. Styr- cke oc opholt oſſ altid met din krafftige Aand / at wi her effter icke met de Vgudelige falde fra dig / oc euige forderffuis / men al- tid bliffue i din Bolig oc Tempel / dyrcke oc paakalde dit hellige Naffn / leffue it roligt oc ſtille Leff- nit / i all Gudelighed oc ærlighed / oc ſiden bliffue euige ſalige / Ved ſamme din Søn JEſum Chri- ſtum vor HERRE / ſom met dig leffuer oc regnerer en ſand Gud fra Euighed til Euig tid /

A M E N.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Prẽtet i Kiø-
benhafn/ Aff Matz
Wingaard/

ANNO

M. D. XCIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1639 8° copy 1